



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

11. Julii. Si te dæmon ad peccandum impellere nequeat, gaudet fecisse molestiam, & animi serenitatem minuisse. S. Ignat. de discr. spir.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

men voces, parem iis numerum non invenies; totidem crede rationes, quibus ad novarum spem impellaris.

Plura possemus, si auderemus plura. Qui auxiliator est, Deus est; nec facultas illi deesse potest, nec voluntas; tanta non potes audere, quin majora, & possit omnipotentia, & velit infinita bonitas dare.

Pejor est bello timor ipse belli. Sape nos metus revocat, ubi spes impellere deberet. Scilicet umbris terremur ab eo, qui princeps tenebrarum cum sit, diffidentia caliginem nobis offundit.

II. Julii.

Si te demon ad peccandum impellere nitatur, gaudet fecisse molestiam, & animi serenitatem minuisse. S. Ignat. de discr. spir.

ETiam in minutis lucris exultat ortus, apud quem maximum vectigal est parsimoniam; ut nihil negligat, quod lucrificare potest. Si nequit ad majora impellere, sollicitat ad minora delicta; si nec ista sperat, turbat cordis malaciam, ut devotionem imminuat.

Suspecta tibi sit frequens mentis inrem-

peries, continua illa nubes majorem, quam passim credatur, coquit tempestatem, facit dæmon sollicitudinem in minimis maximam, ut ad maximos, sub specie boni, errores inducat.

Nimia etiam in sanctis sollicitudo sanctitas non est. Illi continui dubiæ mentis fluctus, hæitationes in obviis, carnificina sunt conscientiæ, martyrii genus quoddam est, sed diaboli; quia sinè fructu, quia cum domesticæ pacis detrimento.

Conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. In turbido isto piscatur dæmon, malum intendit, licèt sub optimo colore, securitatis animæ, damna jaciat. Tuo hïc sensu si nitaris, non evades.

12. Julii.

Tanti Deus rem quamlibet aestimare solet, quantum se aliquid tanquam instrumentum ad bene operandum Deo conjungit.

S. Ign. ap. Bart. l. 1. n. 16.

Non obviæ artis est adamantem à vitro, aurum obrizum à spurio, ignem fatuum à vero, discernere. Longi usûs, non voluntatis, hoc magisterium est, luce hoc non obviâ eget, sed divinâ.